

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Strabonis Geographicorvm [geographicorum] Lib. XVII

Strabo

Basileae, 1539

[Initiale]

urn:nbn:de:bsz:31-67095

ARGUMENTVM QVINTI LIBRI.

QVINTO uolumine describuntur, quæ ab Alpium radicibus sunt usq; ad fretū Siculum, sinumq; Tarentinū, ac Posidoniatem, atq; Pæstanum. In his hæ re- giones sūt, Venetia, Liguria, Picenū, Lucania, Thuscia, Roma, Cāpania, Apulia. Insulæ etiam quotquot in Italico mari à Genua ad Siciliam sitæ sunt, enumerantur.

STRABONIS GEOGRAPHICORVM LIBER QVINTVS.



OST infimas Alpium radices, eius quam hac ætate Ita- Italia.
liam uocant, initiu est. Nanq; maiores Italiam, que ab Siku lo freto, usq; in sinum Tarentinū & Posidoniatē progres-
sa est, Oenotriā appellabant. Nomen autem obtinens usq; Oenotria.
ad Alpiū radices processit. Assumpsit etiā ab ora Ligusti-
ca, Vari fluminis confinia, marisq; proximi à Thuscię fini-
bus, Istrięq; usq; Polam. Opinari uero cuipiā licet, priscos
Italos felicitate florentes, in cōmunionē deuocasse finiti-
mos, atq; hunc in modū auctis deinde uiribus, in Romanorū imperiū peruenisse.
Tandē uero atq; ex quo Romani in regni societatē & in ciuitatē Italos uocauere, de-
cretū est & Gallis Cisalpinis, et Venetis idem honoris impartire, uniuersosq; Italos Itali.
Romanos uocare. Per multas insuper colonias partim prioribus annis, partim po-
sterioribus emittere, quibus meliores alias nō facile dixerim. Vna igitur forma Ita-
liam omnē geometrica ratione complecti, haud in procliui est. ^{*xairos, quam.} Atqui extremita-
tes illius in austrū, & Hibernos ortus excurrentes, triangulas esse commemorant,
eius uerticem ad euripum Siculum produci, basin autem Alpes habere. Concedere
uero latus alterū in freto finiri Siculo, et Tyrrhenio allui pelago, cæterū formā rectis
descriptam lineis, proprie triangulam appellant. Hic autem bases, & latera rotunda
sunt. Quod si concedendū esse dixerim, lineæ circularis formā esse ponendū est, ba-
sim inquā & latera. Concedatur & lateris huius obliquitas, quæ uergit in ortū. Re-
siqua minus apte dixerunt, cum latus unum à sinu Adriatico usq; in fretū presup-
ponant, latus autē absq; angulo lineā appellamus. Absq; angulo uero est, cum par-
tes aut inuicem non uergunt, aut non multū. Verū ab Arimino ad Iapygiā extre-
mitatē, & ab Siculo freto ipso, ad extremitatē eādem permultum inclinantur. Eun-
dem in modū se habere arbitror & sinus Adriatici latus, & Iapygiæ. Cum enim in-
uicem concidant ad Arimini & Rhauennæ locos, angulū efficiunt, sin autem ne-
quaquam angulū efficiunt, circunferentiam saltē efficiunt non exilem. Quapro-
pter si hoc unum latus existit, haud sanè recta est è sinu ad Iapygiā nauigatio. Reli-
quum uero his ex locis ad fretū latus alterū describit. Ne hoc quidē rectū. Sic qua-
drangulam potius, q; triangulam figurā esse diceres, cæterū nullo pacto triangulā
nisi uelis abuti. Verū confiteri præstat quod figuræ quæ geometrica ratione men-
surari nequeat, nō facile circumscribi traditio potest. Particulatim uero hunc in mo-
dum dicere possumus, quo inferior Alpium pars curua & sinuosa est, concauitates Alpes.